



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Modo non desit copia Confessoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)



reservata illi, qui eorum iudex nec est, nec esse potest?

21. Tertia sententia est Ioannis Delugo. de Euch. disp. 14. sect. 5. q. 8. qui probabiliter putat, te teneri quidem confiteri mortalia non reservata inferiori, non vero confiteri mortalia reservata. Ratio prioris dicti est, quia tenemur praemittere Confessionem peccatorum in quantum possumus: at tunc illa non reservata confiteri possumus. Nec tamen dividimus Confessionem formaliter, sicuti non dividiat Confessionem is qui tenetur peccatum Confessario, propter grave nocumentum sibi timet, cetera autem rite confitetur. Ratio posterioris est illa eadem, quae modo dicebatur, contra rationem: Ad quid enim peccata reservata huic aperis, de qua nullam in illa exercere Iurisdictionem potest? Atque hoc sequitur, ibid. num. 98. quod potes in praedicta non confiteri, nam extra hanc, quia non valet dimidiari Confessionem, non potes simpliciter Confessario fateri venialia, tacende mortalia reservata & (ob parvam rationem) etiam non mortalia reservata, à quibus absolvere talis Sacerdos directè non potest, sed indirectè à mortalius absolveris. Quod est eadem ratio, quod communi opinio est, quod Confessario omnia mortalia erant aperienda. Quod si obicias; Qui habet peccata reservata, non reservata, non potest, ex communissima opinione, confiteri, non reservata inferiori, & reservata servare Superiori: de qua re nos etiam diximus in Methodo Confessionis lib. 2. c. 10. §. 1. num. 17. quia non potest dimidiari Confessio: ergo nec poterit in casu nostro. Respondetur, doctrinam antecessentis veram esse in habente Confessionem Superioris: quia certum est non posse dimidiari Confessionem sine necessitate: at in casu nostro necessitas est, de quo casu necessitatis tota haec praesens discussio tractat.

24. Confirmari id potest, quia non ignobiles auctores Suar. tom. 4. deest de pen. disp. 2. §. 2. n. 7. Granado de Confessione lib. 2. c. 10. §. 1. num. 22. apud summam Confessionem, celebrare Missam, n. 4. sentiunt, quod Sacerdos non alius copiam Superioris non habens, potest inferiori Confessario subdicendo reservata, ob id solum, ne multum differat Confessionem, vel Communionem: siquidem longa mora iniquum est gravissima necessitas: tum quia periculum moriendi in peccato: tum quia diu privati Communionis est ingratissimum detrimentum. Advertunt tamen non sufficere, si solum per unum, vel alterum diem differatur, licet sufficere inclinet Mendoza, 2. 2. de Confessione, §. 190. quia una etiam nocte est periculum moriendi: sed non placet: quia etiam in una hora est tale periculum. Si hoc igitur non est dimidiare Confessionem formaliter, nec erit in casu nostro.

25. Haec tres sententiae omnes sunt probabiles: quae commodior cadet, eam amplector: semper, ut certum est, cum onere subdendi peccata non in directè Confessario potenti ea directè absolvere, quantum illi aderit tibi copia. Verum ad complementum humanitatis aliquid de habente excommunicationem adducamus.

26. Qui habet excommunicationem siue reservatam, siue non reservatam, nec habet copiam potentis illam absolvere, urgente necessitate, (qualem sine dubio reputamus excommunicari dicemus num. 44. esse, si in infer peccatum gravis infamiae) semel aut bis celebrare, atque absolvere potest, cum contritione, & tremore, docet Henriquez lib. 8. de Euch. cap. 47. Alij tamen communiter docent, semper, urgente necessitate, excommunicatum cum contritione communicare posse: atque etiam si sit Sacerdos, sine metu incidendi in suspensionem, vel irregularitatem, posse celebrare. Sic Suarez de pen. disp. 31. sect. 3. n. 6. Coninch disp. 8. n. 107. alios si ferentes. Ratio est: quia praeceptum Ecclesiae, quae censuram imponit, non obligat cum tanto detrimento, ut sint omnia praecepta humana.

27. Sed hic suboritur quaestio, An hic excommunicatus, sicuti potest contritus communicare, sic possit

confiteri non reservata, ut ab illis directè absolvat, & indirectè à reservatis: cum tamen semper ut certum est: remaneat excommunicatus, quia supponimus, non adesse Confessarium potentem libertate penitentem à praedicta censura. Negat Vaquez de pen. 9. 109 art. 3. dub. 9. num. 8. quia excommunicatus, non praemissa absolutione à censura, non potest valide ab ullo peccato absolvi: Concedunt Suarez, de pen. disp. 31. sect. 3. n. & Sanchez lib. 2. in Decal. c. 8. n. 3. quia putant contrarium, hoc est, posse valide absolvi. Vtrumque probabile.

Id, quod diximus de habente excommunicationem, dicendum etiam est de suspensio, vel irregulari, urgente enim simili necessitate, possunt celebrare propter eandem rationem. Sic Hurtadus de Euch. disp. 9. diff. 7. Avila 2. p. cap. 8. alios; citans Laym. lib. 3. sect. 5. tract. 3. p. 3. c. 12. n. 6. quia nimirum haec similitudo sunt impedimenta induta à legibus ecclesiasticis, quae in eo casu necessitatis non obligant.

28. Petes denique, ille Religiosus, de quo num. 18. meminimus, si, modo ibi dicto, non obtinet à Superiore per ipsum illum Confessarium licentiam; ut absolvat à casu, vel excommunicatione reservata, potest ne (si in infer infamia, ut communiter) confiteri, & absolvi directè à praedicto pio Confessario, vel alio inferiori Religioso: posse inclinat Fagund. 3. Eccl. praec. l. 3. c. 9. n. 17. in praedict. impr. Lugd. ex praesumpta licentia Generalis, vel Papae. Mihi id difficile videtur, quia rationes, quas affert, qualesque late discutere non est nostri instituti, non sunt tanti ponderis, ut vincant illam efficacissimam, nempe quod talis inferior, actu caret iurisdictione in illa reservata. Et dum Generalis, vel Papa raram semper habent talem reservationem, non videtur praesumere eam velle tollere independentem à Superiore, cui reservant: & propterea fortasse in sequ. editione, deleta fuit illa doctrina Fagundez, imino ipsemet se de hoc retractavit tom. 1. in Decal. lib. 1. cap. 45. num. 20. fine. Ille igitur Religiosus in eo casu, vel se conterat, & communice: vel, iuxta sententias supra allatas, confiteatur ita, ut directè absolva- tur à non reservatis, & indirectè à reservatis, semper cum onere subdendi clavis non dum directè absoluta, ut dixi n. 25.

#### Virgente necessitate.

29. In triplici casu Doctores communiter conveniunt in hac re, adesse urgentem necessitatem. Lege Delugo de Euch. disp. 14. sect. 5. num. 107. Primum quando insit alicui mors: hic enim, si non potest absolutionem Sacramentalem obtinere; praemissa contritione, potest communicare.

30. Secundò potest item Sacerdos carens copia Confessarii eam contritione celebrare, atque adeo communicare, ad dandum viaticum alteri, qui existit in periculo mortis, si forte, aliunde non suppetant particulae consecratae.

31. Tertiò potest eadem facultate uti is, qui incurteret infamiam, aut detrimentum nisi communicaret: Ratio horum est, quia, quae necessitates sunt, si haec non sunt.

Item verò quo ad primum, nihil est, quod addere praeterea oporteat.

32. Quo ad secundum, advertat curiosus solutionem cuiusdam objectionis. Cur enim possit omitti confessio à Sacerdote ad dandum viaticum: non possit autem ab eodem, ex receptissima opinione, propter eandem causam dandi viatici, celebrari sine vestibus sacris, vel sine utraque specie; vel ut multi tenent (de qua re infra cap. 2. §. 8. n. 31. à non jejuno: & tamen haec sunt praecepta ecclesiastica: illud, de praemittenda Confessione ante Communionem, participat de Divino. Respondet negando adesse praecipuum vel divinum, vel humanum, vel alio modo urgente necessitate, ut patet ex citato Tridentino bene perpenso. At, cetera illa praecepta ecclesiastica cum tanto rigore sunt imposita, non autem cum eodem illud de praemittenda Confessione ante